

Die Forschung nach dem Mutterkloster von Schlierbach würde sich demnach auf folgende Cistercienser-Nonnenklöster beschränken, welche der Jurisdictionsgewalt des Salemer Abtes unterstanden¹⁾ und sämmtlich in der Diöcese Constanz lagen:

Feldbach am Bodensee bei Steckborn, gegr. 1252.

Kalchrain unweit Frauenfeld im Thurgau, gegr. 1230.

Baindt bei Weingarten in Württemberg, gegr. 1227.

Gutzell bei Ochsenhausen in Schwaben, gegr. 1240.

Heggbach (Heckenbach, Heppach) zwischen Biberach und Ochsenhausen, gegr. 1233.

Neydingen unweit Donaueschingen.

Rothmünster (Marienthal) bei Rottweil am Neckar, gegr. 1221.

Aus geographischen Gründen würde ich bei einer engeren Wahl unter diesen angeführten Klöstern Baindt, Gutzell und Heppach am ehesten in Betracht ziehen, zumal Gutzell zur Zeit der Blüte einen Stand von 200, Heppach von 120 Nonnen hatte.

Vielleicht entscheidet eine kommende Monographie über das Geschlecht der Wallseer für ein Kloster aus dem Terno-Vorschlage.

Johannes Nibling, Prior in Ebrach, und seine Werke.

Von Dr. P. Wittmann.

(Fortsetzung zu Heft IV. 1897, S. 598—608.)

Notizen über den bayerischen Erbfolgekrieg.

(tom. II. fol. 212r.)

Anno domini millesimo quingentesimo octavo illustris princeps dux Reni, sacri imperii elector, dapifer Philippus²⁾, palatinus, debitum carnis et nature exolvit. Eodem quoque anno dux Albertus, Bavarie dux,³⁾ in Monaco mortuus est. Qui duo principes isto anno maximum inter se habuerunt bellum. Habuit enim dux Albertus regem tunc Romanorum Maximilianum⁴⁾ cum liga Suevica potentissime in auxilium, Nurenbergenses atque marchionem Fridericum de Brandeburg;⁵⁾ palatinus quoque episcopum Herbipolen-em⁶⁾ et pene omnes nobiles Franconie, qui ei pro stipendio militaverunt. In hoc bello multe civitates fuerunt dirute, obsesse

¹⁾ Seb. Brunner, Ein Cistercienserbuch, Würzburg, p. 609 ff.

²⁾ Philipp »der Aufrichtige« (1476—1508.)

³⁾ Albrecht IV. Herzog von Ober- und Niederbayern (1467—1508).

⁴⁾ Max I.

⁵⁾ Friedrich d. Aeltere, 1486—1515.

⁶⁾ Bischof Lorenz von Bibra (1495—1519).

et multa opida capta multa monasteria diversorum ordinum spoliata bonis, quasi innumerabiles ville in favillam redacte; et hoc in Bavaria et in palatinatu superiori, quam inferiori circa Renum et Neccarum. Hoc tempore monasterium Waldsachsen¹⁾ sustinuit maximum incendium ab inimicis, in quo oratorium pro maiori parte et omnia loca conventualia officiis fuerunt concremata.

Fuit autem causa istius maxime contencionis mors ducis Jeorii in Landshudt, qui sine heredibus moriebatur. Reliquit autem filiam, quam palatinus Rupertus²⁾ Philippi filius in Heydelperch, in matrimonium copulatam(?) ea intencione, quod deberet esse omnium bonorum heres; sed alter prevaluit et provinciam obtinuit dux Albertus de Monaco. Fuit ante tempus a progenitoribus ducis Jeorii³⁾ maximus thesaurus in auro, in argento, frumento aliisque pertinentibus ad litem congregatus, in Burghausen⁴⁾ positus, qui isto tempore totaliter lanceariis atque clientibus fuit expositus, sicque lite finita ambo principes fuerunt defuncti. Genuit Rupertus, filius palatini, cum filia ducis Jeorii duos filios, quorum unusquisque recepit ex benevolencia regis, divisoris provincie ducis Jeorii, annuatim duodecim mille florenos ex civitatibus circa Danubium prope Thunawberg.⁵⁾

Iterum in lite Bavarica rex Romanorum Maximilianus dedit contra palatinum regni potestatem et auctoritatem principibus circa Renum illo tempore de Wirtenperg ac langravio de Hassia, ut, quecunque isto tempore litis in palatinatu obsederent caperentque civitates, opida, villas, monasteria, perpetuo apud eos manerent; unde langravius Hasso multa gravissima damna incendio fecit monasteria destruens. Mansuetus fuit princeps de Wirtenperg; sine incendio, pugnīs primum obesedit ac in sui dominium recepit monasterium Mülprun, (quod monasterium octo diebus obsedit cum populosa turba et cum bombardis damna intulit), comitatum Meckmuel monasterium Schontal,⁶⁾ Neustadt⁷⁾ am Kocher, Weinspurg⁸⁾ cum valle, castrum Lebensten.⁹⁾ Nurembergenses tali forma per regem constituti obsederunt inprimis opidum Neumarck¹⁰⁾ populosis castris magnam partem muri bombardis destruentes sed

¹⁾ Ehemal'ge Cistercienser-Abtei, nunmehr Markt im Bezirks-Amt Tirschenreut, O.-Pf.

²⁾ Ruprecht (1481—1504).

³⁾ Georg der Reiche, Herzog von Bayern-Landsaut 1455 (bezw. 1479) bis 1503.

⁴⁾ Stadt Burghausen, Bezirks-Amt Altötting, Oberbayern.

⁵⁾ Donauwörth.

⁶⁾ Ehem. Cistercienserkloster im württ. Jagstkreise.

⁷⁾ Jetzt Neuenstadt, Stadt im württ. Neckarkreise.

⁸⁾ Weinsberg, Stadt in Württemberg.

⁹⁾ Schloss Löwenstein, Oberamt Weinsberg, Württemberg.

¹⁰⁾ In bayr. Regierungsbezirk Oberpfalz.

confusi recesserunt. Opida videlicet Lauff,¹⁾ Hersbruck,²⁾ Alltdorff.³⁾ Velden,⁴⁾ ac tria castra palatini per vim virtute belli suscipientes, hodie possident, putantes in perpetuum possidere. Sed anno domini 1522 in dieta Norimberge mutatum est. Eodem tempore dux Albertus de Monaco promisit et dedit Friderico marchioni centum milia florenos, ut eum in tali lite iuaret; quod et fecit. Sed ex his non habuit lucrum, quod in suis ab his, qui palatinum iuvabant, magnum damnum fuit passus; tunc clamor vetularum ivit ad auram: „We heudt, we, das Peyerlandt will unntergerhe.“

Notizen über den Bauernaufstand 1514.

(tom. III. fol. 172r.)

Nota: Hoc anno domini millesimo quingentesimo quarto decimo subditi terre Suevorum se domino proprio, videlicet duci Wirtenbergensi, a sua obediencia eximerunt, rebelles domino contradixerunt facientes sibi ducem, quem vocabant „den armen Conzen,“ qui inceptor fuit istius rebellionis; et numerus talium rebellancium fuit octo milia hominum, qui duas civitates ducis Wirtenbergensis pro tuicione receperunt videlicet Schorendorff⁵⁾ et Leonpurg,⁶⁾ in quibus copiam vini et frumenti iuvenerunt.

Notiz über den Fall von Rhodus.

(tom IV. fol. 8r.)

Anno domini 1523.

Nobilissima arx Cristianorum Rodas per spurcum atrocem crucis Christi inimicum Thureum fuit ab eodem obsessa et obtenta et expugnata tercio Januarii. Cum enim Rodiani fideles in obsessa civitate ipsam civitatem tutati aliquid diu fuissent, animadvertentes locum in potestate hostium esse, et, cum pulvis tormentarius deficeret, cum nulla spes auxilii amplius adesset, salutare condiciones ab hoste oblatas acceperunt pactas, urbem dederunt et, quecunque voluerunt Christiani preter arma, licuit eis et fuit admissum asportare, et princeps Rode dotatus fuit a Solemanno principali veste, qui quidem princeps Rode Januarii tercio a Rohdo profectus est cum multis comitantibus.

Notiz über den Schmalkaldischen Bund.

(tom. IV. fol. 209r.)

Neue zeyttung. Der Evangelischenn pündtnüss ist auff zehenn jar erstreckt unnd werdenn Augspurg, Hamburg, Franckfurt

¹⁾ Stadt im Bezirks-Amt Hersbruck M.-Fr.

²⁾ Desgleichen.

³⁾ Stadt im Bezirks-Amt Nürnberg, M.-Fr.

⁴⁾ Stadt im Bezirk-Amt Hersbruck, M.-Fr.

⁵⁾ Stadt im württ. Jagstkreise.

⁶⁾ Jetzt Leonberg, Stadt im württ. Neckarkreise.

unnd andere stett angenehmen sampt etlichen furstenn unnd seindt auff dissem tag gewesen des künigs von Engellandtt bottschaftt, ein bischoff mit vierzick pferden, hatt begertt in die evangelische meynung zu kumen, unnd ime etliche gelerte zu zuschicken, im sein kirchenn zu reformirenn. So ist der her von Longii von wegenn des künigs von Frankenreych auch doeselbst gewesen, hatt sich mit denn gelerten daselbs unterredt unnd angezeygt, wie frei der künig sich mit denn unsern im glauben vergleygt. In summa ist die sach daehin gericht, das er mit unss in den articuln justificacion de operibus, de sacra eucharistia, de comunione sub utraque specie, de coniugio sacerdotum, de abolendis missis privatis, de intercessione sanctorum, wie wol er etwas, so vill die pfaffenehe belangt, mit uns nit geyntzlich, stimpf. Derhalbenn so begegnet er im gleychen etlich gelertten zu zuschicken und sich ferner in der sach zu berichtenn oder wue das von uns beschwerlich, so wol er die seinen zu uns abfertigenn. Sunderlich werden sich beyde kunig mit uns vergleychen, so vil das concilium belangt, quod illud sit cuique liberum et in loco omnibus tutissimo, et in quo papa et episcopi non sint iudices, sed pars, quia uterque asserit papatum non esse iure divino. Item des künigs von Dennmarchs bottschaftt ist auch hie gewesen unnd des künig halber angesucht und gehandelt. Darzu so ist ein bott mit brieffenn vonn kayserlicher mayestät komen; was der selbig bringt, ist noch nit offenbar. Die engellische bottschaftt zeugtt gegen Wittenberg, wil sich mit Luthero et Philippo conferiren, unnd etlich wochenn doeselbst verharren. Datum Schmaleckall⁴ S. Joannis Evangeliste, anno etc. 36.

(tom. II. fol. 191 r.)

De Rege Romanorum Maximiliano.¹⁾

Maximilianus, Austrie et Burgundie dux, filius imperatoris Friderici tercii, vivente adhuc patre anno salutis 1486 in Franckfordia communi voto omnium electorum rex Romanorum declaratus, vir summa virtute decoratus, corpore agili, rei militaris sciencia insignitus, virtuteque nemini cedens, hic coronari in cesarem distulit ab anno electionis sue usque in 21 annos videlicet usque ad annum domini 1507; isto anno congregata ex principibus maxima hominum multitudine (ut ferunt) 30 milia hominum Ytaliam versus veniens Romam petiturus suscepturus coronam. Cum autem tanta hominum copia usque Tridentum, vulgariter Drindt, pervenisset, Venetenses maximo conatu atque hominum copia et armis restitere atque ipsum in incepto opere

¹⁾ Max I.

inpedivere. Super cuius proposito, quo armis et potencia rex veniendi Romam decreverat, Julius papa secundus arma disuadens et ad pacificum ingressum persuadens ut ad se veniat subsequentem epistolam Maximiliano prefato regi misit.

Historische Notiz.

(tom. II. fol. 193.)

Nota: Julius papa secundus per Cardinalem Tusulanum sancte crucis legatum a latere, misit prefato regi Maximiliano privilegium, ut se imperatorem nominet, immo scribit regi in prefata epistola, „Cum sancta Romana ecclesia in precibus et oracionibus (scilicet solemnibus die parascheves) te Imperatorem appellet“ videlicet dicendo: „Oremus dilectissimi pro Imperatore nostro“ etc.

Kloster Schönau betr. Notiz.

(tom. II. fol. 237 r.)

Anno domini 1509 mense Junii dominus episcopus Herbipolensis Laurentius, dictus de Bibra,¹⁾ cum domino abbate Eberacensi navigio ad monasterium Schonau monialium descendit et ex certis causis racionalibus supra abbatissimam (sic!) in temporalibus administracionibus prepositum fratrem Michahalem Groe instituerunt. Ad quem frater Johannes Nibling prior subsequentem epistolam scripsit etc.

Historische Notiz.

(tom. III. fol. 72 r.)

Anno domini millesimo quingentesimo duodecimo, 21. mensis Februarii, que erat sabathina dies ante dominicam „Estomichi“ Romanorum, rex Maximilianus venit ad civitatem Herbipolensem mansitque ibidem duos dies carnisprivales letus cum domino episcopo Herbipolensi Laurencio; de hinc die cinerum castra usque Carelstat movit, postea in omnem terram. Eius summa delectacio est et semper fuit, quamvis non sine suo parvo damno multas terras invisere et multa hospicia desedare: quod thrahit sua quemque voluptas, hunc ad celum, alterum ad infernum.

Notiz über einen zum Lutherthum übergegangenen Karthäuser.

(tom. III. fol. 240.)

Probato devotoque religionis Carthusiane strictissimo fratri Melchior in Ylmach, bonorum morum rore ornatissimo, sibi se altero amico et fratri!

¹⁾ Regierte 1495—1519.

(Anrede in einem an denselben gerichteten Briefe.)

Iste Chartusianus depest anno domini 1523 ab ordine appostatavit et ad inductionem hereticæ persuasionis Lutheri duxit publice in uxorem quandam virginem in Kizzingen.

Notiz über einen Apostaten.

(tom. II. fol. 228 r.)

Iste Fridericus, priusquam fuit assumptus ad ordinem, in primis annis religiose se habuit usque ad sacerdotium; depest ex falsissima doctrina ipsius perversus lutheranus provocatus de prima apostasia ad monasterium veniens captus in opido Schwabach ¹⁾ in habitu seculari denuo appostatavit, anno domini 1523, oriundus de opido.

Astrologisches.

(tom. III. fol. 89 r.)

Prognosticon horribile supra modum astronomi Luce magni regis Persarum philosophi et medici.

„Universis, ad quos presentes pervenerint, magister Lucas, maximus philosophorum et omnes sibi concordantes philosophi. Noveritis, quod anno domini 1512 mense Septembri sole existente in libra conveniunt omnes planete insimul cum sole et cauda draconis. Insignum eius fiet mirabile diluvium per Saturnum, crescentque mirabilia magna; ultra solitum erit ventorum tanta conflatio, quod conflabunt omnes insimul venti et obscurabunt totum aërem; sonos dabunt horribiles, corpora hominum dissipantes et edificia subvertentes; preter hec omnia erit eclipisis solis et lune a tercia usque ad undecimam ante meridiem ignei coloris sive viridi: quod significat mirabilia magna, que hominibus et videre et audire sufficit. Preterea erunt pericula multa et occasiones in diversis partibus, terreque motus universalis; mortalitates quoque gencium erunt divisiones regnorum. Itaque post flatum ipsorum ventorum et diluvium pauci homines remanebunt viventes, habebunt maximas divicias. Orientur dubitaciones inter Sarracenos et reliquent patriam suam ac unientur Christianis et efficientur Christiani in redemptionem animarum suarum. Hec revelate ignorantibus providentibus vobis, ubi habitabit, dum venti dominabuntur et flabunt mense, quo supra, quia vix invenietis habitaciones securas. Parate igitur cavernulas moncium et sumatis vobiscum instrumenta seu necessaria per triginta dies, ex quibus vivetis; et in his concordant omnes philosophi Grecie et Arabie.“

Contra illum scripsit quidam astronomus Bambergensis, dictus Johannes Schöner,²⁾ anno domini 1512, mense Augusto. In

¹⁾ Schwabach, unmittelbare Stadt in Mittelfranken.

²⁾ Ueber ihn s. »Allg. deutsche Biographie.« Bd. XXXII. S. 295 ff.

Septembri prefati anni domini sol est in libra, luna est in libra, Saturnus in scorpione, Jupiter in piscibus, Mars in capricorno, Venus in libra, Mercurius in libra, caput draconis in libra, cauda draconis in ariete, item neque sol neque luna hoc anno videlicet 1512 paciatur eclipsim apud nos, quare concludo, hoc prognosticon carere fundamento et falsissimum esse.

Item superiores tres planete, videlicet Saturnus, Jupiter, Mars non sunt in libra, qui secundum dicta philosophorum magnas faciunt mutaciones in mundo, si in una et eodem signo essent, sed quod hoc mense pretacto erant in diversis.

An autem predictus astronomus in suo prefato prognosticon verum aut falsum predixerit ex sequentibus manifeste demonstratur: et quales ex nugis suis in populo timores suscitaverit, quod omnes dies mensis Septembris in qualitatibus eorum diligentissime sunt notati.

Sunt astronomi, et illorum pene infinitus est numerus, quorum finis principaliter internus solum fraus est et deceptio apparensque sciencia: non recte aperuit se ex iudiciis astronomie judicantes, qui non nunquam veluti ex visione prophetica, animose menciendo, futuros eventus temporis prognosticare ac evenire infallibiliter et necessario affirmant; quorum igitur iudicia persepe falsa in obprobrium astronomie perceptibiliter conprobantur evenire, quod longe aliter, quam prognosticatur celi revolutio et illarum rerum dispositio, que celo subiciuntur, eveniunt. Nam sepe aëris severitas apparet, ubi diluvia ventura praedicant, nix; grando, ubi solis ponebant splendere fulgorem; tenebre, dum stellarum claritatem promittunt. Ex talibus indoctis, inexpertis astronomis frivole loquentibus merito reprehendum confitendumque liquido patet, esse parvi; est prefatus magister Lucas, qui se vituperose maximum philosophum et potentissimi regis Persarum astronomum non est veritus nominare: qui quanto nugegerulus censendus sit, ex infra scriptis patebit. Is, qui arslabium indiligenter perspicuens: formidolosa evenire in mense Septembri anno domini 1512 predicens, recte est mentitus in caput suum: cum omnibus eciam Graecie philosophis et astronomis secum in suis iugiter concordantibus. Nam per dei gratiam multo clemencius, benignius nobis accidit et melius. Nam primo contra Cathonis preceptum (in prefatis suis scriptis) non puduit se nominare maximum (in superflativo) philosophum; secundo iuxta scientificos astronomos maxime Johannem de Monte Regio¹⁾ non omnes planete in unum convenerunt signum in mense Septembri quorum conjunctio non minus

¹⁾ Johannes Müller von Königsberg der berühmte Forscher, geb. 6. Juni 1436, gest. 6. Juli 1476 zu Rom; s. über ihn »Allg. deutsche Biographie« Bd. XXII. S. 564 ff.

maximam commovet turbaciones mutationes in mundo, nec diluvium fuit neque necessarie pluvie habundancia per totam mensem prenomiatum ymmo magna fuit aquarum savicia, neque molendinarii in molendinis riparum: parvorumque rivorum molere poterant, sed dumtaxat, que ad aquas navales constructa fuerant et hoc solum propter aque carenciam: cum tamen mendax iste magister Lucas propter planetarum omnium coniunctorum mirabile predixit diluvium futurum mense et anno predictis, nec ventorum miranda conflacio fuit, nec aëris obscuracio: non auditus fuit murmur et resonancia nubium, ex quo corpora hominum fuissent dissipata, nec aliquod edificium (nisi antiquitate collapsum) ex vi ac violencia ventorum fuit dirutum. De eclipsi universalis solis recte eciam mentitus est: cum nec vestigium ipsius apparuit, nec tantum tempori perdurare potest sic ipse mendaciter ponit durare ab hora tercia usque ad undecimam: cum iuxta omnes astronomos in impossibile est eclipsim solis supra tres horas durare et hoc intelligendum est de eclipsi naturali, sed quod remota causa removetur effectus, cum autem ipse mendax Lucas dixerit vim ventorum et diluvium causam futurorum esse eventum, ut nil talium apparuit ergo nec fuit terre motus universalis; neque supra consuetum mortalitas gencium. An autem inter Sarracenos ceterasque barbaras naciones dubitaciones secundum prefatum prognosticon fiant, notum est ipsis; laudabile cum esset, quod ad fidem Cristianam venirent et unirentur cristianis in redemptionem animarum eorum. Item demandavit predictus nugegerulus magister Lucas, fictus astronius, (sic!) in suo falso iudicio prefato omnibus legentibus eius nugas revelare ignorantibus, quod nullo modo neque oportunum fuit aut necessarium, cum totum eiusdem prognosticon fuit antea ab expertis astronomis reprobatum reiectumque, tamquam aliud, quod vero caret fundamento in astronomia. Neque fuit necesse iuxta eius falsam estimacionem provideri de habitacionibus in montibus in cavernulis, cum vix tute invenirentur loca super terram: eo tempore et mense, quo supra dum terre motus universalis fieret et ventorum nimis flatus audirentur, quod crucis signa in sole et luna et stellis et absque dubio, si talia taliter, ut prefertur, evenissent, certissima signa apparuissent, quod non est factum; ergo concluditur, quod totum prognosticon ex veris visis longe aliter (quam nuper Lucas predixit) eventibus, qui per mensem September anno domini 1512 evenerint, apparuerunt, fuit et falsum est, conprobatum.

(Fortsetzung folgt im nächsten Heft.)